



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Iuspatronatus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Ius patronatus, vide Electio.

1. **I**us patronatus esse quid spirituale quidam
 aiunt, alij negant: alij esse partim tempo-
 rale, partim spirituale. *Vide gloss 1. quest. 1.*
Quod autem, & 16. q. 7. p. s. & cap. 16. de Iure-
patron.
2. Id ius solet sibi seruare, qui præbendam
 instituit de bonis suis: potest verò in id con-
 sentire Episcopus, etiam post factam dona-
 tionem.
**Fum. vers. Ius patronatus. n. 4.*
3. Transit ad hæredes, & re vendita, aut data
 in feudum, non autem in legatarium, nisi de
 consensu Episcopi: nec transit in confiscatio-
 ne Iudicis sæcularis, sed Ecclesiastici.
**Hæredes. Fum. n. 5. Syl. eodem vers. n. 5.*
4. Lex posita à patrono in fundatione bene-
 ficij, sed non recepta, non seruanda: nec si sibi
 retinet aliquod seruitium in dotatione Ec-
 clesie, etiam cum auctoritate Episcopi vali-
 dum id est.
5. Patronus non potest se præsentare: sed po-
 test ei Episcopus conferre motu proprio.
**Vide Fum. l. c. nu. 9. Syl. nu. 8.*
6. Præsentatus, si non est idoneus, potest ab
 Episcopo repelli. *Ex Trid. sess. 24.*
7. Institutio sine præsentatione patroni
 non negligentis in præsentando est nulla.
 Quòd si laicus non præsentat intra quatuor,

aut

aut Clericus intra sex menses *cap. silaicus. de Iurepatr. lib. 6.* à vacatione Episcopus prouidet. *Vide Syl. l. c. n. 3.

8 Patronus pauper alendus ex redditibus Ecclesiae non necessarijs.

*C. Quicumque, 16. q. 7. Fum. n. 3.

9 Non derogatur Iuripatronatus, nisi id specialiter dicatur: & quidem si est Rex, Dux aut Marchio, oportet horum fieri mentionem.

LAVDEMIVM, VIDE FFVDVM,
Laus, vide honor, Vana gloria.

Legatum, vide Bona, Hereditas,
V usufructus.

1. Legatum ad vsum pium potest Papa in alium pium conuertere, & Episcopus in magis pium ob necessitatem, & aequè pium ex causa legitima consentiente hærede, & loco pio cui fuerat relictum.

*Vide Syl. Legatum 4. nu. 11. 12.

Vltimis voluntatibus Papa, & supremus Princeps derogare potest. Clem. Quia contingit de relig. dom. vide Couar. c. cum tua, de testam. n. 9.

2 Legatum ad vsum profanum potest Princeps non habens Superiorem in temporalibus conuertere in alium profanum vel pium.

3 Legatum in vsum aliquem, si non potest impleri, potest Episcopus in alium mutare.

*Vide Couar. c. 3. n. 9. de testam. Syl. l. c. n. 7. Im-
mò